Futurum infinitivi: Fore, pro Futurum esse.

Faxo.

Indicativi futurum est, Faxon, pro Faciam.

Subjunctivo, Faxim, faxis: faxit, Pluraliter: Faxitissi
faxint.

Quaso.

Quæso, quæsumus, primam habet personam presentis
Indicativi.

Salve, Ave, Vale.

Imperativo, Ave, Salve, Vale. Plur: Aveat, Salvete,
Valete.

Infinitivo, Avere, Salvere, Valere;

D

Ate

25

DE PARTICIPIO:

Ausim.

Subjunctivo, Ausim, ausis, ausit, Pluraliter: Ausim;
Dicitur pro Ausus sim,

Infic.

Infic, tertia persona Indicativi, pro Incipit, vel Inquit;
Defit.

*Defit, tertiam personam habet Indicativi, & præsens
 Infinitivi, Defiri.*

Ovat.

*Ovat, tertiam personam habet Indicativi.
 Participium, Ovans, ovantis.*

DE IMPERSONALIBUS.

Conjugatio Impersonalium, tam activa, quam passiva vocis, imitatur Personalium regulas, ut: Placet, placuit. Vacat, vacavit. Nam tertia tantum persona casum habent: Carentq, Supinis & Gerundiis.

DE PARTI- CIPPIO.

Quid est Participium?

Est nomen verbale significans tempus.

Participio quot accident?

<i>Sex:</i> [Genus, Numerus, Figura, Causus, Tempus, & significatio.]	<i>qua partim à nomine, partim à verbo, parem ab utroq, mutuantur.</i>
---	--

Quæ

DE PARTICIPIO:

*Quæ accidentia recipit à Nomine?
 Genus & Casum.*

Quæ à Verbo?

Tempus & Significationem

Quæ ab utroque?

Numerum & Figuram.

GENUS.

Genera Participiorum quot sunt?

<i>Quatuor:</i> [Masculinum, Foemininum, Neutrum, Omne,]	<i>in</i> { u. a. um. ns.
--	---------------------------------------

Regula.

Participia in us sunt generis omnis.

Reliquorum Participiorum prima vox in us, est genus masculini: secunda in a feminini: tertia in um numeri.

NUMERUS.

Numeri Participiorum quot sunt?

<i>Duo, sicut</i> { Singularis, ut: Amans, in Nomine, Pluralis, ut: Amanta.
--

FIGURA.

Figuræ Participiorum quot sunt?

Da

Dñe,

DE PARTICIPIO.

- Duo: $\begin{cases} \text{Simplex, qua à verbo simplici descendit,} \\ \text{ut: spirans.} \end{cases}$
 $\begin{cases} \text{Decomposita, qua à verbo composita figura cadit, ut: respirans.} \end{cases}$

C A S U S.

Casus Participiorum quot sunt?

Sex: quemadmodum & Nominum.

N. G. D. Ac. V. Ab.

T E M P U S.

Tempora Participiorum quot sunt?

- Tria: $\begin{cases} \text{Præsens,} \\ \text{Præteritum,} \\ \text{Futurum,} \end{cases}$ in $\begin{cases} \text{ans & ens.} \\ \text{tus, sus, xus.} \\ \text{rus, & dus.} \end{cases}$

Septem terminations Participiorum.

Regula.

Participia in ns sunt temporis presentis: sus, xus,
præteriti: intrus, & dus futuri:

Formatio.

ANS, & ENS? à præterito imperf-
eto, bam velbar mutando in ns, ut: A-
mabam, amans: Loquebar, loquens.

TUS, SUS, XUS. à Supino in u, ad-
dendo s, ut: Amatu, amatus: Læsu, læ-
sus: nexus, nexus.

RUS? à Supino in u, addendo rus, ut:
Amatu, amaturus: Doctu, docturus.

DUS? à Gerundio in di, mutando di
in dus, ut: Amandi, amandus: Do-
cendi, docendus.

Unde for-
mantur Par-
cipia in

SIGNI.

DE PARTICIPIO.

S I G N I F I C A T I O.

Significationes Participiorum quot sunt?

Quinque: Activa, Passiva, Neutra, Deponens, &
Communis.

Quæ Participia significant Activè?

Quæ descendunt à verbo generis activi, ut Amans.

Quot Participia descendunt ab
Activo verbo?

- Duo: $\begin{cases} \text{Præsens in NS, ut: Amans.} \\ \text{Futurum in RUS, ut: Amaturus.} \end{cases}$

Quæ significant Passivæ?

Quæ descendunt à verbo Passivo, ut: Amaturus;

Quot Participia descendunt à verbo
Passivo?

- Duo: $\begin{cases} \text{Præteritum in TUS, ut: Amarus.} \\ \text{Futurum in DUS, ut: Amandus.} \end{cases}$

Quæ significant Neutraliter?

Quæ descendunt à verbo Neutro, ut: Currens.

Quot Participia descendunt à ver-
bo Neutro?

- Duo: $\begin{cases} \text{Præsens in NS, ut: Currens.} \\ \text{Futurum in RUS, ut: Cursurus.} \end{cases}$

Quæ significant Deponentialiter?

Quæ descendunt à verbo Deponensi, ut: Loquens.

A Deponenti quot Participia
descendunt?

D 3

Tria:

24

DE PARTICIPIO:

Tria:	$\left\{ \begin{array}{l} \text{Præsens, in NS.} \\ \text{Præteritum, in TUS.} \\ \text{Futurum, in RIS.} \end{array} \right.$	ut:	$\left\{ \begin{array}{l} \text{loquens.} \\ \text{locutus.} \\ \text{locuturus.} \end{array} \right.$
-------	--	-----	--

Quæ significant Communiter?

Quæ descendunt à verbo Communi, ut: Criminans.

Quot Participia descendunt à verbo
Communi?

Qua-	$\left\{ \begin{array}{l} \text{Præsens in NS,} \\ \text{Præteritum in TUS,} \\ \text{Futurum activū in RUS,} \\ \text{Futurū passivū in DUS.} \end{array} \right.$	ut:	$\left\{ \begin{array}{l} \text{criminans.} \\ \text{criminatus.} \\ \text{criminaturs.} \\ \text{criminandus.} \end{array} \right.$
------	---	-----	--

Declinationes Participiorum
quot sunt?

Tres priores Nominum.

Regula.

Omnia Participia feminina, sunt prima declinatio-
onis Nominum. Masculina & Neutra, sunt secunda.
Qua vero sunt omnis generis, ad tertiam Nominum,
declinationem pertinent.

P A R T I C I P I O R U M

degeneratio in Nomina.

Quot modis degenerant Participia
in Nomina?

Quatuor modis:

Primo Compositione, ut: Indoctus. Indocerienim
non dicitur.

Secundo, Amissio verbi casu, ut: cum dicimus: Fu-
gitans litium. Amaus pecunias, &c.

Tetra-

DE ADVERBIO.

Tertio. Cum temporis significationem deponunt, ut:
Doctus, scilicet ab solute hominem doctrina prædictum si-
gnificat. Sic Laudandus, amandus, cum significat di-
gnum qui ametur.

Quarto. Ea quæ comparantur, & casus compara-
tionis recipiunt, ut: Nemo est me amantior præcepto-
ris. Et Homerus doctior fuit Antimacho.

DE ADVER- B I O.

Quid est Adverbium?

Est quod actionis aut passionis circumstantiam una
voce effert, ut: Bene vivere.

Adverbio quod accidunt?

Quatuor:	$\left\{ \begin{array}{l} \text{Species,} \\ \text{Significatio,} \\ \text{Comparatio, \&} \\ \text{Figura.} \end{array} \right.$
----------	---

S P E C I E S.

A Specie quotuplicia sunt

Adverbia?

Duplicia:	$\left\{ \begin{array}{l} \text{Primitiva, qua aliunde non cadunt, ut:} \\ \text{Nunc, olim...} \\ \text{Derivativa, qua à primitivo aliquo de-} \\ \text{scendunt, ut: Malè, pulchrè.} \end{array} \right.$
-----------	--

D 4

SI

28

DE ADVERBIO.

SIGNIFICATIO.

Significationes Adverbiorum
quot sunt? *Multa.*

Sunt enim Adverbia aut

<i>Loci</i> :	<i>In loco</i> , ut: hic, illuc, istuc, intus, foris, ibi, ubi.
<i>Significandi</i> :	<i>De loco</i> , ut: hinc, illinc, istinc, inde, unde.
<i>Temporis</i> :	<i>Adhuc</i> , ut: huc, illuc, istuc, & quod, intrò, foras
<i>Numeri</i> :	<i>Per locum</i> , ut: hacte, illatè, istatè, quacunq; alià, rectatè.
<i>Negandi</i> :	<i>Hodie</i> , heri, nunc, nuper, cras, olim.
<i>Affirmandi</i> :	<i>Semel</i> , bis, ter, quater, usq; ad nullius.
<i>Demonstrandi</i> :	<i>Haud</i> , non, neq; nequaquam, falso.
<i>Optandi</i> :	<i>Etiam</i> quidni, certè, profectò, sic, ita, re-
<i>Precantri</i> :	<i>En</i> , ecce. (ctè, probè,
<i>Hortandi</i> :	<i>Utinam</i> , ô si,
<i>Ordinis, ut:</i>	<i>Sodes</i> , amabo.
<i>Interrogandi</i> :	<i>Eja</i> , age, agite, agendum.
<i>Similitudin</i> :	<i>Deinde</i> , deinceps, primò, secùdo, tertio,
<i>Qualitatis</i> :	<i>Cur</i> , quare, quamobiem, quando, utrum,
<i>Quantitatis</i> :	<i>Quasi</i> , cœu, sicut, velut, tanquam, ut, usi,
<i>Intendendi</i> :	<i>Doctè</i> , pulchrè, benè, malè, spontè.
<i>Remittendi</i> :	<i>Multum</i> , parùm, modicùm.
<i>Diminuendi</i> :	<i>Valde</i> , prorsus, omnino, penitus, adeo.
<i>Dubitandi</i> :	<i>Sensim</i> , paulatim, pedentim, & grè, vix,
<i>Personalia</i> :	<i>Clanculum</i> , bellè, perbellè.
<i>Pogandi</i> :	<i>Forsan</i> , forsitan, fortassis.
<i>Respondendi</i> :	<i>Mecum</i> , tecum, secum, nobiscum, vobis-
<i>Separandi</i> :	ô, eho, heus. (cum,

Inven-

DE ADVERBIO.

<i>Inveniendi ut:</i>	<i>Ad</i> epol, & castror, hercle,
<i>Elegendi</i> ,	<i>Potius</i> , iñò.
<i>Congregandi</i>	<i>Simul</i> , unà, pariter, viritim, summativim.
<i>Excludendi</i>	<i>Tantùm</i> , tantummodò, duntaxat, solùm,
<i>Prohibendi</i>	<i>Ne</i> ,
<i>Concedendi</i>	<i>Sanè</i> , esto, fac.
<i>Eventus</i>	<i>Fortè</i> , fortuitò, casu, fato.
<i>Comparandi</i> ,	<i>Magis</i> , miùs, meliùs, maximè, minimè, prudenissimè.

COMPARATIO.

Quot sunt gradus Comparationis
Adverbiorum?

<i>Tris:</i>	{ <i>Positivus</i> , } { <i>doctè</i> . }
	{ <i>Comparativus</i> , } { <i>doctiùs</i> . }
	{ <i>Superlativus</i> , } { <i>doctissimè</i> . }

Quæ Adverbia comparantur?

Quæ ab adjectivis nominibus comparabilibus de-
scendunt, ut: doctè, à doctus: pulchrè, à pulcher.

Exemplum Comparationis.

POSIT.	COMP.	SUPERL.
<i>Doctè</i> ,	<i>doctiùs</i> ,	<i>doctissimè</i> .
<i>Pulchrè</i> ,	<i>pulchriùs</i> ,	<i>pulcherrimè</i> .
<i>Bene</i> ,	<i>meliùs</i> ,	<i>optimè</i> .

FIGURA.

Figuræ Adverbiorum quot sunt?

<i>Dua:</i>	{ <i>Simplex</i> , ut: doctè, facile.
	{ <i>Composita</i> , ut: Indoctè, difficile.

D 5

DE

2P

DE CONIVN- CTIONE.

Quid est Conjunction?

Est qua subinde superioribus sententiis alias annectit.

Conjunctioni quot accidunt?

Tria: {
Potestas,
Figura, &
Ordo.

P O T E S T A S.

Quid est Potestas?

Est Conjunctionum significatio.

Quot sunt Potestates seu significati-
ones Conjunctionum?

Septem: {
Copulativa,
Disjunctiva,
Adversativa,
Causalisa,
Ratiocinativa,
Ordinis,
Approbativa.

Da Copulativas Conjunctiones.

Et, qd, quoq, ac, atq, etiam, simul, cum, tum.

Da Disjunctivas, seu Dubitativas.

Vel, aut, sive, seu, nec, an, neque, autem.

Da

DE CONJUNCTIONE.

Da Adversativas, seu Correctivas.

At, sed, ast, verum, vero, atqui, porro, tamen,
quoniam, quamvis, etsi, licet, saltem, tametsi, quine
nendum, inquit, ceterum.

Da Causales, seu Conditionales.

Nam, namq, enim, etenim, quia, quoniam, quan-
do, quandoquidem, si, siquidem, ni, nisi, enim vero, ne-
re, quod, ut.

Da Ratiocinativas.

Ergo, ideo, igitur, idcirco, itaque, quapropter, quan-
do, quamobrem, proinde, quare, quocirca, scilicet, pro-
perea.

Da Ordinis.

Insuper, postea, postquam, deinde, deinceps, porro,
postremo.

Da Approbativas.

Quidem, equidem, videlicet, nempe, quippe.

F I G U R A.

Figuræ Conjunctionum quot sunt?

Dua: { Simplex, ut: Nam, enim, verum.
Composita, ut: Namq, enim vero, verum-
tamen, quamobrem.

O R D O.

Est modus præponendi & postponendi Conjunctiones.

Ordines Conjunctionum quot
sunt?

Tres

DE PRÆPOSITIONE.

Tres : {
Præpositivus,
Postpositivus,
Communis.

Quæ Conjunctiones sunt ordinis
Præpositivi?

Quæ in orationis ordine præponuntur, ut: Nam, qua-
re, idèò, etenim, at, aut, nec, si, quin, nisi, seu.

Quæ sunt Postpositivi ordinis?

Quæ in orationis ordine postponuntur, ut: Enim, au-
tem, quoque, verò, que, ne, ve: Quarum posteriores
eres dicuntur Enclitica, eò, quòd tonum suum rejiciunt
in finem præcedentis dictionis, ut: Hominesq; Deosq;.

Quæ sunt Communes?

Quæ in orationis ordine nunc præponuntur, nunc
postponuntur, ut: Ergo, igitur, itaq; quoniam, tamen.

DE PRÆPOSI- TIONE.

Quid est Præpositio?

Est propensum articulus, Nomen Verbo adjun-
gens, quod aliquam facti circumstantiam significat,
ut: Ad patrem eo.

Præpositioni quot accident?

Unum, Casus tantum.

Quot Casus?

Duo: Accusativus, & Ablativus;

Quot

DE INTERJECTIONE.

Quot sunt Præpositiones Accusativo
Casui servientes?

Triginta: Ad, apud, ante, adversum, cis, circa, cir-
cum, circa, circiter, contra, erga, extra, inter, intra, in-
fra, juxta, ob, ponè, per, propè, propter, post, præter,
penes, secundùm, secus, supra, trans, ultra, usque.

Quot sunt Præpositiones Ablativo
Casui servientes?

Quindecim: A, ab, abs, cum, coram, clam, de, e,
ex, pro, præ, palam, sine, absque, tenuis.

Quot sunt Præpositiones servientes
utriusque Casui?

Quatuor: In, sub, super, & super.

Quot sunt Præpositiones Inseparabiles?

Sext: Di, dis, re, se, an, con. Quæ extra compo-
sitionem cum casibus construet a non inveniuntur.

DE INTERIE- CTIONE.

Quid est Interjectio?

Est sonus inconditus, animi affectum significans.

Interjectioni quot accidunt?

Unum. Significatio tantum.

Quot sunt Significationes Inter-
jectionum?

Tot, quot affectum varietates:

Sunt

DE SYNTAXI.

Sunt unum alia	Admirationis, ut: <i>Papa! vah!</i>
	Comminationis, ut: <i>Va.</i>
	Exclamationis, ut: <i>o.</i>
	Doloris, ut: <i>Ah, heu, proh dolor, oh, hei.</i>
	Metus, ut: <i>Atat..</i>
	Indignationis, ut: <i>Proh Iupiter, hem.</i>
	Risus, ut: <i>Ha, ha, ha.</i>
	Irrisionis, ut: <i>Hui, vah: aut si quas sunt similia.</i>

De Etymologia hactenus.

DE SYNTAXI.

Quid est Syntaxis?

Est recta partium orationis inter se compositio.

Quotuplex est Syntaxis?

Duplex: Legitima, & Figurata.

Quae est Legitima constructio?

Cui nec deest quippiam, nec redundat, nec loco suo abeat, nec immutatur.

Quotuplex est legitima constructio?

Concordantiae,
Triplex: Regimonia, &
Partium i-declinatarum.

Quae est constructio Concordantiae?

Qua in aliquibus accidentibus partium orationis declinabilium concordat.

Quot

" Régi nyomtatványok, Löcse, evang.:"
/314. ig. j./

CONCORDANTIAE.

Quot sunt accidentia Concordantiae?

Quatuor: Genus, Numerus, Casus, Persona.

Quae est constructio Regiminis?

In qua casus obliqui ab aliqua partium orationis declinabilium reguntur.

Quae est constructio Partium in-declinatarum?

In qua partes indeclinabiles reliqui orationis partes bus legitimè adiiciuntur.

CONSTRUCTIO CONCORDANTIAE.

Quot sunt Syntaxes Concordantiae?

Adjectivum cum Substantivo.

Nominativus cum Verbo.

Relativum cum Antecedente.

Interrogativum cum suo redditivo.

I.

ADJECTIVUM CUM SUB- STANTIVO.

REGULA.

Adjectivum & Substantivum eodem genere, nro.
& casu coherent, ut:

Amicus certus in re incerta cernitur.

Nullus ad amissas ibit amicus opes.

Quotuplicia sunt Adjectiva?

Tria.

32

D E S Y N T A X I.

Nominalia, ut: *Mens sana*.
Triplicia: *Pronominalia* ut: *Tu ares*.
Participialia, ut: *Forma neglecta*.

Appendix.

Quando duo adjectiva concurrunt, alterum induit naturam nominis Substantivi, ut: Fortunate senex, Senex hic substantive accipitur.

Adjectivum cum Substantivo quo habet communia accidentia?

Tria: Genus, Numerum, & Casum.

II.

NOMINATIVUS CUM VERBO.

Regula I.

Nominativus praeedit verbum personale finitum, simili numero, & persona, ut: Otia dant vitia, Ego lego, tu legis, ille legit.

Appendix 1.

Ultimur verbis prima & secunda persona, disimus latius ferè pronominibus, ut: Nosce te ipsum,

2.

Tertiæ quoq; persona est, quando absolute sine nominativo ultimur, in ijs, videlicet, qua per Ellipsin, vel secundum intellectum dicuntur, ut: Ajunt, dicunt, fecerunt. Tonat, pluit, ningit, diescit, vesperascit.

3.

Est & cum infinitivus, aut tota oratio infinitiva, pro nominativa, grata consuetudine usurpatam, ut: Didicisse attes, emollit mores, &c.

Regula:

CONCORDANTIAE.

Regula II.

Vocativi, aut imperativi secundæ personæ præponuntur, aut sine verbo ornatim vel affectus causa, orationi inferuntur, ut: Eripe hanc fugam. O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit.

Vocativum aliquando implicitè ponitur, ut: Durante, Servate.

III.

Verba Substantiva præcedunt & sequuntur nominativi, ut: Senex his pueri sunt. Deus est justus.

Per Ellipsin, ut: Rari boni, scilicet sunt.

IV.

Etiam nuncupandi verba, & quæ similem vim habent, ut ring, nominativum adsciscunt, ut: Ille salutatur Doctor. Sic: Est mihi nomen Pomponij: & eruditus Pomponio:

V.

Verbum finitum sequitur aliquando nominativus; sed qui statum aut gestum rei significat, ut: Dormit securus. Bibit jejunus.

Nominativus cum verbo quo habet communia accidentia?

Duo: Numerum, & Personam.

III.

RELATIVUM CUM ANTECEDENTE.

dente.

Regula:

Relativum cum antecedente substantivo netesse est E genet.

33

DE SYNTAXI

genere & numero consentire: Casu non semper convenit, nam is sequenti verbo respondet, ut: Nulla fides pietasq; Viris, qui castra sequuntur.

Relativum Qui, Quæ, Quod, tām antecedenti quām consequenti substantivo recte respondet.

Appendix. I.

Cum ad verbum vel totam orationem precedentem relativum inferatur, neutro genere plerumq; ponitur, ut: Intemore ad eam veni, quod rerum omnium est primum.

2.

Relativa, qua accidentis vocant Grammatici, genus, numerum, & casum mutuantur à substantiis, quibus proximè coharent, ut: Talis est civitas, quales sunt principum mores.

Relativum cum antecedente quo habet communia accidentia?

Duo: Genus, & Numerus.

IV.

INTERROGATIVUM CUM SUO redditivo.

Regula.

Interrogativum cum suo redditivo, casu aut modo convenire debet, ut: Cujus est sententia? Ciceronis. Quid agitur? Statur,

Casu non semper convenit:

I. Cum per vocem quaritur, que cum aliis nominibus alio casu construitur, ut: Quantum emptus est liber? duabus drachmis.

II. Pro.

REGIMINIS NOMINUM.

II. Pronomina autem possessiva eo casu subjiciuntur, quem Verbum ad quod respondet requirit, ut: Cujus est hæc oratio? Mea, tua, nostra, vestra. Cujus puerum vidisti? Meum, tuum, suum. &c

Interrogativum cum suo redditivo, quod habet communia accidentia?

Unum, Casus tantum.

CONSTRUCTIO REGIMINIS Nominum.

GENITIVUS CUM NOME.

Regula I.

Substantivum cum substantivo genitivo casu jungitur, ut: Voluptas esca malorum. Effodiuntur opes irritamenta malorum.

Sic & Pronomina, & adjectiva substantiè usurpata

Appendix. I. Appositio.

Figuram Appositionem dixerunt, cum duo substantiva, eodem casu, absq; conjunctione, etiam declarantis consunguntur, ut: Philosophia, mater artium. Regna pecunia donat.

2. Atticismus.

Atticismum vocarunt, cum adjectiva neutro genero pro substantiis usurpata, substantiorum more genitivos adsciscunt, ut: Non videmus manticae quod in tergo est.

Quantum quisq; sua numerorum possidet arcas, Tantum habet & fidei, pro, tantam fidem.

Ez

II.

34

DE SYNTAXI

I.

Superlativi adsciscunt genitivos plurales, vel collectivi nominis singulares, ut: Doctissimus Poëtarum fuit Virgilius. Optimus plebis.

III.

Nomina collectionem aut partitionem significantia, adsciscunt genitivos plurales, ut: Nemo hominum. Pars civium. Alter horum.

Et comparativa, ut: Major juvenum.

IV.

Adiectivas qua curam, desiderium, notitiam, & contrà significant: similiter & verba pleraq; & participia cum in nomina degenerant, genitivum postulant, ut: Natura hominum novitatis avida. Tempus edax rerum. Paticis inediæ.

Affectionem, aut motum animi significantia.

V.

Qua copiam, & contrà significant: Item Reus, & que huic affinia sunt, modo genitivum, modo ablativum recipiunt, ut: Dives pecoris: Dives agris. Contentus paucis. Reus voti: Reus stipulando.

DATIVUS CUM NOMINE.

Regula I.

Dativer adsciscunt, qua commodum, facilitatem, similitudinem, aut affinitatem aliquam, & contrà significant, ut: In via virtutinulla est via. Nec visu facilis, nec dictu affibilis ulli. Commune & Idem.

Appendix.

Con-

REGIMINIS NOMINUM.

*Genitivo, ut: Domini similis es,
Amicus veritatis.
Construuntur ex
superioribus,
quadam cum*

*Accusativo cum præpositione, ut:
Idonens eirci, & ad eam rem.*

*Ablativo, ut: Homo non alienus
à literis. Commune cum cæteris.*

ACCUSATIVUS CUM NOMINE.

Regula I.

Adiectiva Graca consuetudine, accusativos substantivorum adsciscunt per Synecdochen, ut: Nuda genu. (Est autem Synecdoche, quando pars pro toto, aut totum pro parte ponitur.)

II.

Adiectiva quantitatem significantia, accusativum vel ablativum, mensura vel spacijs adsciscunt, ut: Cau- lus palmum altus. Longus quatuor pedes. Liber cras- sus tres digitos.

ABLATIVUS CUM NOMINE.

Regula I.

Comparativi adsciscunt Ablativos, ut: Homine imperito nunquam quicquam injustius.

II.

Ablativus instrumenti, causa, materie, subjicitur certis adiectivis, ut: Vir gloria clarus, autoritate gra- vis. Lassus cura. Fessus cursu. Dignus honore.

III.

Etiam numeralia, que ordinis vocantur, & diversitas nomina, ablativum adsciscunt, sed cum præposi- tione à vel ab, ut: Secundus à rege. Quantum muta- tus ab illo.

E 3

IV.

DE SYNTAXI

IV.

Dignus & Indignus simpliciter ablativos adsciscuntur: Dignum laude virum Musa vetat mori. Poëta Genitivo etiam usus est, ut: Curia consilij quæ nunc dignissima tanti. Magnorum indignus avorum.

V.

Varia est constructio vocis Opus, sed Ablativum rapens sapientem adscicit, ut:

Nunc apimis opus: Aenea, nunc pectore firmo.

Ubique rerum testimonia adscuntur, non opus est verbis.

Nonnunquam autem præcedit nominativus, ut: Dux & autor nobis opus est. Vel, Genitivus, ut: Hic egit artis opus. Vel, ablativo infinitivus subjicitur, ut: Hoc fieri opus est. Peropus est de illa loqui, Terentius.

VI.

Duo ablativi designantes consequentiam, absolute junguntur, alter nominis, alter Participij, ut: Nubes solet pulsæ clarior ire dies. Non decriit populo te veniente dies.

Explicantur per particulas cum, dum, postquam, & similes.

Designare consequentiam est ita in oratione ponit, ut nihil plenior aut integrum intelligatur, sed ad perfectionem sententia adhuc amplius aliquid expectetur.

Disimulatur interdum Participium, ut: Tuccro duce, pro, Tuccro existente duce. Et, Ferdinando Regge Hungaria à Turca miserè vastata est.

Sic interdum Nomen & Pronomen omittitur, & solum Participium genere neutro ponitur, ut: Audito, scilicet, &c.

V. I. b.

REGIMINIS VERBORUM.

VII.

Quæ inesse, vel adesse quippiam alicui significantur, varie efferantur, aliquando enim genitivo Latinis suntur, sapientem ablativo, nonnunquam nominativo & ablativo, rarius nominativo & accusativo.

Gen: ut: Ingenui vultus puer, iugenuique pudoris. Ablat. ut: Homo antiqua virtute & fide.

Nom. & Abl. Ennius ingenio maximus, arterudis;

Nom. & Accus. ut: Illa super suras tunica collecta ministrat. Huc referuntur, & illa, Patria Lesbios, Natione Syrus.

CONSTRUCTIO REGIMINIS

Verborum.

GENITIVUS CUM VERBO.

Regula I.

Genitivum postulant, qua possessionem aut proprietatem significant, ut: Haec vestis est patris.

I I.

Verba memoria & oblivionis, promiscue genitivum adsciscunt, vel accusativum, ut: Memini hujus rei, & hanc rem.

Sic & ablativum, ut: Meminit de te, id est, mentionem fecit. Putavi ea de te admonendum esse.

I I I.

Accusandi verba, damnandi, & absolvendi, genitivum adsciscunt, qui speciem facti significet, aut ablativum qui genus, ut: Furti se astrinxit. Condemnabo eodem ego te crimine. Accuso te ambitus.

E 4.

IV.

36

D E S Y N T A X I.

I V.

*A&stimandi verba, genitivum vel ablativum ple-
raque, sed genitivum frequentius adsciscunt, ut: Tu
fortasse quid de me fiat parvi pendis. nihilifacio: æqui
boniq; consulo.*

V.

*Quæ copiam, & contrà significant, modo genitivum,
modo ablativum recipiunt, ut: Eget æris Cappado-
cum rex. Non eget Maurij aculus, nec arcu.*

VI.

*Qua curam aut perturbationem animi significant,
genitivum vel ablativum regunt, ut: Discrutor ani-
mi; & discrutor animo,*

VII.

*Substantivo item verbo subjicimus genitivum vel
ablativum, cum formam aut qualitatem alicuius rei
describimus, ut: Cum faciem videoas, videtur esse,
quantivis pretij. Sum animo hilari.*

D A T I V U S C U M V E R B O.

Regula I.

*Quodlibet verbum admittit Dativum persona, aut
rei, cui qualicunque modo aliquid acquiritur vel ad-
mittitur, ut: Ovem lupo commisisti.*

II.

*Verbo Est, habendi significatione, cum dativo uti-
muri, ut: Est mihi namque domi pater, est iusta no-
verca:*

III.

R E G I M I N I S V E R B O R U M.

III.

*Quibusdam verbis gemini dative adduntur, quo-
rum alter personam, alter commodum vel incommodū
significat, ut: Est mihi lucro. Est mihi odio. Datur
mihi laudi. Sunt exitio Reipub, intestinae dissensiones.*

IV.

*Sunt quibus figuratè Dativus adjicitur Accusati-
vi loco vel Ablativi, ut: It clamor cœlo, pro, ad cœ-
lum. Neq; cernit ulti, pro, abullo.*

A C C U S A T I V U S C U M V E R B O.

Regula I.

*Activa verba omnia accusativos adsciscunt, ut:
Virum malum vel mus mordeat.*

*Sic, Deponentia & Communia actiè significantia,
ut: Vereor hominem, Sequor illum, Amplior virtutē.*

II.

*Adsciscunt & neutra quadam accusativos, sed co-
gnata significationis, ut: Aro terram. Bibo vinum,
Ablativos, ut: Morte obij. repentina, pro, mortem.*

III.

*Pauca quadam activa, duos accusativos adsciscunt,
quæ dicuntur Transitiva, ut: Doceo te literas, Abla-
tivum quoq; recipiunt quadam cum propositione, ut:
Interrogo te hanc rem, &, de hac re. Quadam etiam
erifariam dicuntur, ut: Induo te vestem, Induo tibi
vestem, &, Induo te veste.*

IV.

*Construuntur cum accusativo & composita quadam,
Es*

vi

37

DE SYNTAXI

*vi præpositionis, cum qua componuntur, ut: Villam
prætereo sciens. Trajicio flumen.*

V.

*Qua mensuram aut spacium significant, accusative
casu vel ablativo cum verbis junguntur, ut: Cum ab-
esset ab Amano iter unius diei. Nec longis inter se
passibus absunt.*

VI.

*Est & ubi figurare Accusativus adjicitur verbis
passivis & absolutis, Grata consuetudine, ut: Pluribus
ille notis variata pingitur alvum.*

ABLATIVUS CUM VERBO.

Regula I.

*Passivorum proprius casus est ablativus cum præpo-
sitione à vel ab, ut: Laudatur ab illis. Amor ab te,
Darivus etiam pro ablativo figuratè ponitur, ut: Visus
mihi, pro, à me.*

*Patiendi significationem habentia pro passivis acci-
piuntur, ut: Vapulo à præceptore.*

II.

*Ablativus casu efferuntur, qua causam, instrumen-
tum, aut modum actionis significant, ut:*

Oderunt peccare boni virtutis amore,

Oderunt peccare mali formidine penæ.

Additur & præpositio, ut: Laborat ex pedibus.

III.

*Mercandi quoq; verba ablativum adsciscunt, qui
præsumuntur significet, ut: Vendidit hic auro patriam.*

Excipiuntur: Tanti, quæanti, pluris, minoris, que

geni-

NOMINUM TEMPUS SIGN.

*genitivo casu ponuntur, ut: Non video pluris quam
alij, fortasse etiam minoris.*

IV.

*Prohibendi significationem habentia, item auferen-
di, abstinenti, aut distandi, ablativos adsciscunt, sed
alias cum præpositione, alias sine præpositione, ut: Ado-
lescentia à libidinibus arcenda est. Abstulit à me pecu-
niam. Est virtus placitis abstinuisse bonis. Distat ab urce.*

V.

*Ablativos adsciscunt & hac deponentia, Vtor, fruor,
fungor, potior, & vescor, ut: Vtor vino, fruor studijs,
fungor munere, vescor lacte. Interdum & accusativos
adsciscunt, ut: Neq; boni, neq; liberalis functus est
officium viri. Potior, etiam genitivo constructur, ut:
Si ejus oppidi potius foret.*

VI.

*Præpositio quoq; omessa, vel per compositionem addi-
ta, facit interdum, ut verbis ablativis rectè addatur,
ut: Medio tutissimus ibis: pro, in medio, Exe domo,
pro, eo ex domo.*

NOMINUM TEMPUS SIGNI- ficantium, constructio.

Regula I.

*Ablativus nomina temporis efferuntur, cum speciem
magis quam durationem significamus, ut: Superiori-
bus diebus veni in Cumam. Exacto mense rediit.*

Hac respondent ad questionem factam per Quando.

II.

38

DE SYNTAXI

II.

Accusativus frequentio est ijs, que durationem seu continuum tempus significant, ut: Vna cum gente tot annos bella gero. Absuit biduum.

Hac ad interrogationem Quam diu respondent.

Utrisque casibus interdum & præpositiones accedunt, ut: Accidit in paucis diebus. Item venit tertio Calendas, & ad tertium Calendas, & tertio Calendarum.

NOMINUM NUMERALIUM constructio.

Numeralia varia sunt.

Quædam numerum significant, ut: Vnus, Duo, Tres, Quatuor, &c. Et horum interrogatio, Quot Construunturq; ut nomina adjectiva: vel partitivorum more cum genitivo plurali.

Alia Ordinem significant, ut: Primus, Secundus, Tertius, &c. Et horum interrogatio, Quotus. Construunturq; similiter, addendo Quisque, ut: Quartus quisque annorum bissextilis est.

Alia Distributionem, ut: Singuli, bini, terni, quaterni, quini, seni, septeni, octeni, noveni, deni, viceni, triceni, quadrageni, &c.

Regula I.

Distributivis utimur, cum distributione facta, cuiq; parti suum numerum assignamus, ut: Deni aurei militibus dati sunt.

Cum dico: Bini aurei militibus dati sunt, significo singulos duos accepisse. At cum dico: Duo aurei militibus dati sunt, significo totam legionem duos tantum accepisse.

II.

NOMINUM LOCALIUM.

II.

Adduntur & distributiva nominibus qua plurat ter tantum dicuntur, ut: Binas literas abs te accepi. Ex unis nuptiis geminas mihi conficies.

NOMINUM LOCALIUM

Constructio.

Regula I.

Nominibus regionum præpositiones, sicut & appellati vis adduntur, sive verbis in loco, sive de loco, sive ad locum significantibus adjiciantur, ut: Poenus in Italiam venit.

II.

Urbium propria prima vel secunda declinationis, in loco esse significant genitivo casu singulari: Tertia autem declinationis, & pluralia tantem, ablativo, ut: Tarenti degit Architas, Romæ Tibur aemem ventosus, Tibure Romam, Delphis Apollo oracula reddebat.

III.

Ad locum significant accusativus, cujuscunque numeri aut declinationis nomina ipsa fuerint, ut: Noctuas Athenas, profiscitor Romam. Eo Wittembergam.

IV.

De loco autem & per locum significantes, ablativo utimur, ut: Carthagine rediit scipio. Roma profectus est cum exercitu.

Appendix.

Propria civitatum imitantur & hac appellativa: Domus, Rus, Humus, Militis. In loco enim significantia genitivo, Ad locum accusativo, De loco ablativo causa ver-

DE SYNTAXI

Su verbis subjiciuntur, ut: Sum domi, eodomum, ve-
nio domo. Eorus, redeo rure, sumruri.

Et additis adjectivis, Mez, tuz, suz, &c. ut: Malo
esse domini meæ, quæ domi alienæ.

Ille rectâ domum meam venit.
Vestrar quisque redire domos.

INFINITIVORUM CON- STRUCTIO.

Regula I.

Accusativus proprius casus est, infinitivorum pre-
cedens infinitivum, perinde ut nominativus verbum
finitum, ut: Meriti le quemq; suo pede ac modulo ve-
rum est. Ajo te vincere posse.

Exponitur per nominativum, mutato verbi modo, &
adjecta particula Quod, vel Ut, vel simili.

II.

Infinitivi adduntur verbis, significantibus qualen-
cunque voluntatem aut sensum, aut facultatem, ut:
Cupit te videre. Salvum te advenire gaudio. Nec
tecum possum vivere, nec sine te.

III.

Casus sequens infinitivum Esse, & quæ simili constructionis sunt, convenit cum proximo casu precedente, ut: Cave te tristem esse sentias.

IV.

Gracismi sunt cum infinitivi adduntur nominibus
facultatem significantibus, aut alias pro Gerundiis u-
surpantur, ut: Nunc est tempus dicere quæ sententias,

pro

GERUNDIORUM.

pro, tempus dicendi. Cantare periti, *pro*, cantandi.

Graci enim infinitivos pro Gerundiis ponunt, cùm
Gerundia nulla habeant.

GERUNDIORUM CONSTRUCTIO.

Regula I.

Gerundia in DI, sequuntur nomina voluntatem aut
facultatem significantia, ut: Occasio emergendi, Cu-
pidus videndi, Studiosus dicendi.

In Do Gerundia sequuntur verbum, vel cum prepo-
sitione, vel sine prepositione, ut: Omnia conando do-
cibilis solertia vincit. Ratio rectè scribendi cum loquendo
juncta est.

II.

Cùm necessitatem significant in Dum gerundia, im-
personalium modo ponuntur, & vel Dativum juxta sè
habent, vel casum omnino nullum, ut: Vigillandum
est nobis. Bendum est. Discendum est pueris. Utendu-
m est etate.

Accusativo casu Gerundia prepositione annectun-
tur verbis, ut: Mitto illum ad speculandum arcem.

SUPINORUM CONSTRUCTIO.

Regula I.

Supina priora casum verbi sui adsciscunt, & cum
verbis significantibus motum ad locum junguntur, ut:
Venio salutatum amicos. Eo venatum.

II.

Posteriora Supina construuntur, vel cum adiectivis
facul-

DE SYNTAXI.

facultatem, aut modum aliquem significantibus, vel cum verbis significantibus motum de loco, ut: Visu facilis. Dictu affabilis. Obsonatu redeo. Turpe dictu. Dignum relatu,

IMPERSONALIUM CON- STRUCTIO.

Regula I.

Impersonalia passiva vocis ante se casum non habent, post se autem plerosq; eos, quos recipit verbum passivum: quandoq; etiam absolute sine casu ponuntur, ut: Factum est à vobis duriter. Quid agitur? statur.

II.

Est, Interest, & Refert, personam genitivo designant: à se autem infinitivum recipiunt, vel conjunctivum cum particulis. At, An, Ne, & similibus, ut: Boni pastoris est condere pecus, nou deglubere. Reipublice refert, (pro utili est) conservari literas, & ut conserventur literæ. Interest omnium rectè facere. Prudentis est multa dissimulare.

Appendix.

Pronomina possesiva, cum verbis Interest, & Refert, ablativo casu, genere fæminino: cum verbo autem Est, genere neutrino, casu nominativo junguntur, ut: Tua quod nihil refert percontari desine. Tuum est, si quid præter spem evenit, mihi ignoscere. Illud mea magni interest, te ut videam.

III.

Decet, Delectat, Juvat, Oportet, accusativum personaliter ante se habent, post se vero infinitivum, ut: Te animo

IMPERSONALIUM.

animo hilari esse valde me juvat. Mendacem oportet esse memorem.

Decet, ponitur etiam cum Dativo, ut: Quandoque deceat prudentia tua.

IV.

Pathetica impersonalia procedunt accusativi, sequuntur genitivi vel infinitivi, ut: Suæ quemq; fortunæ poenitet. Necte poeniteat calamo trivisse labellum. Nonne te miseret mei?

Pathetica sunt, qua animi affectum aut perturbationem aliquam significant: ut: Poenitet, Piget, Pendet, Tædet, & Miseret.

V.

Cetera activa vocis impersonalia pleraq; ante sedativum, qui personam significet, & post se infinitivum habent, ut: Non cuivis hominum contingit adire Coriothum. Non vacat exiguis rebus adesse Jovi.

VI.

Impersonibus annumerantur & cetera verbæ quoties absolute sine nominativo ponuntur, sequente mox infinitivo, ut: Debet adolescentiam poenitere peccati.

PARTICIPIORUM CON-

STRUCTIO.

Regula I.

Participia & Gerundia casus suorum verborum adsciscunt, ut: Legens Virgilium, Legendus à Virgilio. Tempus legendi Virgilium.

E

II.

DE SYNTAXI

II.

Uſurpantur participia etiam pro infinitivis, ut : Opus est factio, id est, facere.

CONSTRUCTIO PARTIUM

Indeclinatarum.

DE ADVERBIIS.

Regula I.

Adverbia subjiciuntur verbis, & eorum participiis, ad explicandas circumstantias locorum, temporum, & similes, ut : Festina lente. Malè parta malè dilabuntur, Benè doctus.

II.

Adjiciuntur & nominibus adjectiviis, aut adjectivis usurpati adverbia, intendendi vel minuendi gratiam, ut : Quis unquam fuit tam insigniter impudens ? Mulier admodum anus. Homo minimè liberaris.

III.

Adverbia derivata plerique primitiorum constructionem sequuntur, ut : Propinquius tibi habitat.

IV.

Quae comparativi aut superlativi gradus sunt, non minum eorundem graduum constructionem imitantur, ut : Melius illo cecinit. Expeditius ceteris loquitur. Pulcherrimè omnium fecit.

V.

Genitivum ferè adsciscunt adverbia, qua copiam penuriam, aut partitionem significant, ut : Satis eloquentiae, sapientiae parum.

VI.

CONJUNCTIONUM.

VI.

Sunt & loci quadam, & temporis adverbia, quibus familiariter genitivi adduntur, quibusdam etiam accusative, ut : Nusquam gentium. Pridie ejus diei. Postridie nonas.

VII.

En & Ecce, alias nominativum, alias accusativum adsciscunt, ut : En dextra fidesq;. Ecce miserum hominem. Accidit & Dativus, ut : Ecce tibi ejusmodi sortitio.

DE CONJUNCTIONE.

Regula I.

Coniunctio aut similes casus, aut similia verba coniungit, aut novam orationem superiori attexit, ut : Nox & amor, vinumq;, nihil moderabile svident. Tempore labuntur, tacitisq; senescimus annis.

Appendix.

Ut, Coniunctio causalis, & qua similem vim habentes Coniunctivum adsciscunt, ut : Orare jussit hera, si se amas, ad se ut venias.

De usu Conjunctionum Ut, & Quod.

Quod, de eventu & re gesta diciunt, & significat Quia, ut : Quod convallisti gaudeo.

Ut vero, de causa finali, ut : Hortaris ut diligenter discam. Ideo post verba jubendi, metuendi, faciendi sequitur, ut : Hoc modo jubes ut faciam. Fac ut intromiccar.

Similiter post voces, Talis, tantus, tam, adeo, sic, ita, ut : Talis ut verbis describi satis nequeat.

DE SYNTAXI

Ut, significata præterea varia habet.

Significat

1. Tempus. Ut vidi, ut perij, pro, postquam vidi.
2. Quomodo. Ut opes eruerint, pro, quomodo.
3. Quam. Ut ferus est, pro, quam ferus est.
4. Quamvis. Ut desint vires, tamen est laudanda vo-
luntas.
5. Similitudinē. Ut mores sunt, ita fortuna responderet.
6. Superlativo cognatum est: Ut quidque pulcherri-
mum, ita factō difficilimum.
7. Imperativum est: Ut illum dij deaq; perdant.

DE PRÆPOSITIONE.

Regula I.

Prepositiones tanquam articuli casus verbis annexunt, alia accusativos, alia ablativos, quadam etiam utrosque, ut: Non datur ad Musas currere lata via... A Jove principium Musæ. In rem utriusque est maximè. Quam quisque novit artem in case exerceat.

II.

Quatuor he prepositiones, In, Sub, Super, & Supter, accusativo serviunt, cum motum ad rem significant: ablativo cām in re versari, ut: Infretadum fluvij current. Stans celsa in puppi. Sub oculos cadere. Sub dijacere Super arborem collocare. Super arbore sedere. Supra subterq; terram per dies quindecim pugnatum. Ferre libet subter densa testudine casus.

Appendix.

Anastrophē vocant, cum prepositio casui suo postponitur, ut: Italiani contra...

DE

INTERJECTIONUM.

DE INTERJECTIONE.

O exclamandi particula, & proh, modo nominativum, modo accusativum, modo vocativum adsciscunt, ut: O vir fortis atque amicus. O ingentem confidentiam. Proh sancte Jupiter.

Hei, & Vx, dativum adsciscunt, ut: Hei mihi qua-
lis erat. Vx capititu,

Heu accusativum adsciscit aut nominativum, ut:
Heu stirpem invisam, Heu prisca fides.

CONSTRUCTIO

Figurata.

Quæ est Constructio Figurata?

Quæ legitimam aut defectu, aut redundatia, aut mutatione turbat.

Quot traduntur usitatores figuræ con-
structionis? Septem:

Zeugma, Syllepsis, Synthesis, Prolepsis, Antiptosis,
Evocatio, Enallage.

Quid est ZEUGMA.

Zeugma, id est, Adjunctio, est cū multis substantiis unum verbum seu adjectivum additum consentit cum propiore substantivo, ut: Capr' tibi salvus & hoedi. Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt.

Quid est SYLEPSIS?

Syllepsis, id est, Comprehensio, est cū multis substantiis ita verbum vel adjectivum subjicitur, ut consentiat non cum propiore, sed præstantiore substantivo. Præstat autem numerus pluralis singulari, masculinum genus feminino, prima persona secunda secunda tertia.

F 3

ut:

DE SYNTAXI

ut: Ego & suavissimus Ciclo valeamus.
Milites & Imperator pugnant.
Mulciberis capti Marsq; Venusq; dolis.

Quotuplex est Syllepsis?

Quadruplex:

Generum, quando repetitum commune respondet digniori generi, ut: Coesosq; reportant, Almone m. puerum, foedatiq; ora Galesi.

Numerorum, quando repetitum communem respondet plurali numero, ut: Milites & Imperator pugnant. Est & illa Syllepsis numerorum cum duobus vel pluribus singularibus infertur verbum vel adiectivum plurale, ut: Praeceptor & discipulus docli. Furor iraq; mentem præcipiant.

Catuum, cum nominativa & ablativo inter se cohaerentibus, verbum vel adiectivum additum pluraliter effertur, ut: Remo cum fratre Quirinus jura dabant.

Personarum, quando repetitum commune respondit digniori persona, ut: Tu & frater bellè convenitis.

Haec figura turbant concordiam nominativi cum verbo, adiectivi item cum substantivo.

Sequentes figura turbant concordiam nominativicū verbo.

Quid est SYNTHESIS?

Synthesis, id est, Compositio, est cum nomini malius in singulari, responderet verbum vel adiectivum plurale. Nam ad intellectum refertur constructio, ut: Pars veniemus Scythiam. Turbarunt.

Quid

FIGURATA.

Quid est PROLEPSIS?

Prolepsis, id est, Praeoccupatio, est cum generi seu toti alicui partes subjiciuntur, diversis numeris, aut personis, verbo non repetito, ut: Aquilæ velans, haec ab Oriente, illa ab Occidente.

Quid est ANTIPTOSIS?

Antiptosis est casus pro casu positio, quando contra analogiam antecedentem imitatur casum relativi, ut: Sermonem quem audistis, non est meus. Quem queritis Christum, non est hic.

Huc refer & alia exempla, ubi alijs casus pro aliis ponuntur, ut: Vos à patriciis sanguis: pro, à patrie sanguis.

Quid est EVOCATIO?

Est cum in verbo prima vel secunda persona nominativus tertia præponitur, ut: Nospomenacamus. Non omnia possumus omnes.

Quid est ENALLAGE?

Species Enallages est, cum in narrando, infinitivo pro imperfecto indicativi utimur, ut: Facile omnes perferre ac pati: pro, perferebat ac patiebatur.

De Syntax tantum,



F 4

DE

DE PROSODIA.

Quid est Prosodia?

Est quæ docet dictionem accentus, & syllabarum quantitatem.

Quot sunt Accentus?

Tres: Acutus, Gravis, & Circumflexus.

Accentus est, quo syllaba pronunciando attollitur, ut Frons, Iupis, Dominus. Hujus sedes sunt: Ultima, Penultima, Antepenultima.

Gravis est, quo syllaba sine aliqua vocis elevatione aut mora enuntiatur, ut: ultima, & penultima in Dominis. Hic omnibus syllabis locum habet, qua non acciduntur, aut circumflectuntur.

Circumflexus est, cum syllaba mora quadam ad similitudinem acuti accentus effertur, ut: Rôs, Homêrus. Hujus sedes sunt ultima & penultima.

Quotuplices sunt syllabæ secundum quantitatem?

Triplices:

Breves, ut: Per o in o, es o, Longa, ut: Stirps, Ros., Mos.. Ancipites, quanunc producuntur, nunc corripiuntur, ut: Media in Tenebræ.

Quot modis cognoscuntur quantitates syllabarum?

Novem modis.

Positio.

DE PROSODIA.

Positione, Vocali ante vocalem, Diphthongo, Derivatione, Compositione, Präpositione, Analogia, Regulis specialibus, & Exemplo.

I

DE POSITIONE,

Regula.

Omnis Positio longa est. Est autem positio, quando duo consonantes, vel una duplex immediatè vocalem quamquam sequitur, ut: Arma, axis.

EXCEPTIO.

Muta cum liquida conjuncta, syllabam ancipitem facit, si vocalis syllaba brevis sit, ut: Tenebræ, Patres Atlas,

II.

DE VOCALI ANTE VOCALEM.

Regula.

Vocalis ante vocalem in eadem dictione corripitur, ut: Deus.

EXCEPTIO.

Aér, Fio, & Dius, priorem producunt. Eo tamen incremento i corripit, ut: Fierem. Diana priorem indifferenter habet, quemadmodum & genitivi nominum & pronominum in ius desinentes penultimam, ut: Istius illius, ullius.

Genitivi & Dativi quinta declinationis e penultimam, si alia vocalis præcedat, producunt, ut: Speciei, dici.

F5

III.

45

DE PROSODIA.

III.

DE DIPHTHONGO.

Regula.

Omnis Diphthongus longa est, ut: Eu-rus, Au-ropa.

EXCEPTIO.

